



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quid sit ordo Ecclesiasticus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

impedierit, hoc Sacramentum accipiant. Sic enim in Concilio Aurelianensi statutum est, vt non nisi ieiunantes, confessi, ac adultæ ætatis homines, de illo participarent: sed vereor ne prælatorum neglectus, qui tantum nescio quam externam pompam curant, huic Sacramento magnum in mundo contemptum pepererit: quæritur enim tantum ornatus aliquis, & lucrum nummorum: nihil aut perparum monent vel informant populum de virtute & efficacia Confirmationis, sed similes videntur illis quæ mensam splendide adornant scutellis & cyathis, sed omni cibo & potu vacuis: nec illos vrget, quod hæretici hoc Sacramentum planè contemnunt, quin & ipsi hac contemptui reddant. Corriganur igitur abusus, & saluantur omnia, &c.

CAPVT IX.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit ordo Ecclesiasticus.*
2. *Quid conferatur ijs, qui suscipiunt sacros ordines.*
3. *Quis debeat ordinare ministros Ecclesie.*



Rdo est vocatio ad ministerium docendi Euangelium, & administrandi Sacramenta, sicut ait Apostolus 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei: ab his autem maximè exigitur, vt fideles dispensatores inueniantur. & 1. Timoth. 5. Si quis episcopatum desiderat, id est, huiusmodi officium regiminis, docendi, administrandi Sacramenta & verbum Dei populo ad gloriam Dei & salutem proximi, hic bonum opus desiderat: nihil hic de externa prælatura loquitur Apostolus, sed potius de ipso officio. Actorum primo. Eritis mihi testes &cæt. Porrò hoc Sacramentum

2. Tim. 4.

mentum Ordinis habet mādatum Dei, Matt. vltimū.
Euntes docete & baptizate omnes gentes & cæt. ha-
bet quoque promissiones Dei Ioan. 15. Ego vos elegi
vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat
icem Apost. ad Tim. Bonum certamē certavi, cursum
consummaui, fidē seruauī, ideò reposita est mihi co-
rona iustitiæ. & Iac. 5. Qui conuerti fecerit peccata
ab errore suo & c. propter hoc officium Ordo Ecce-
siasticus rectē dicitur Sacramentum, & magnum ha-
bet præmiū accidentale, eò quòd quis si uctum mi-
cesimum, alius centesimum fecerit & cæt. Marc. qua-
to, & hīc talentum suum non absconderit, sed adha-
c alia quinque Incratus est, Matth. 25. & quòd differt
stella à stella in claritate, 1. Corinthiorum 15. Si ergo
nos tantum simus fideles cooperatores & serui Do-
minici agri, ipse copiosam dabit mercedem.

2. Secundo, in ordinatione per impositionem ma-
num presbyterij datur ac confertur specialis potes-
tas ad defungendum ministerium uerbi Dei, admi-
nistrandiq; Sacramenta populo: Quæ potestas alia
est ab illa, quæ in Baptismo accepta est: Nam iam ba-
ptizatis Apostolis, cōfertur ipsis in super hæc specia-
lis potestas, Luc. 22. conficiēdi Sacramentū corporis
& sanguinis Christi, eundi & prædicandi Euange-
lium, Marc. 16. Baptizandi, Matth. 28. Absoluēdi,
Ioan. 20. Orandi & vngendi infirmos, & cæt. Iacob. 5.
Sic Paulus Timotheo iam baptizato imponit manus
& dat specialem potestatem obeundi munus sacer-
dotij, quòd utique non fecisset, si iam in Baptismo
accepisset illam potestatem: Non ergò baptizatus er-
gò quò omnes uocat & habilitat in ministros Ecclesiæ,
sed gratia diuina quæ nobis cōfertur in legitima ordi-
natione. Hoc enim manifestè docet Apostolus,
nempe singularem dari potestatem Ordinato, cum
inquit, 1. Tim. 4. Noli negligere donum, id est, pote-
statem